
Fragmentarium



saturabuntur et uere saturabuntur
ut non esuriant; Inserebat ergo iam
ol easterum dns cum dicebat multi ab
oriente et occidente uenient et re-
cumbent cum abraham et isaac et ia
cob in regno caelorum; Idest inseren
turi non liua; Harum enim oliuae radi
cessunt abraham et isaac et iacob.
Filii autem regni hoc est iudaei in tre
dubitabunt in tenebras exteriores;
praecidentur rami naturales ut
inseratur oleaster: Secundum rami
naturales praecisi meruerunt insi
superbia; unde ol easter inseri- nisi
humilitate; unde et ista mulier: Etiam dne.
Nam et canes edunt de micis quae cadunt
de mensa dominorum suorum: et unde
audit; O mulier magna est fides tua;
Sic et ille centurio; Non sum dignus
ut sub tectum meum intres; amen di
co uobis non in tanta fide in isr;
discamus: aut teneamus humilitate.
Si non dum habemus discamus; si ha
bemus non amittamus; Si non dum
habemus habeamus ut inseramur;
Si iam habemus teneamus ne praeci
damur Explicit

License: cc-by-nc – Paris, Bibliothèque nationale de France, lat. 11641, 62r – Fragments of the Codex Phimarconensis (https://fragmentarium.ms/view/page/F-f8s8/58/752)